

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad  
Dominicam Septuagesimæ

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

De sanctis Doctoribus. Sic cavendum ne scientia præferatur Virtuti, ut  
tamen scientia non negligatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44194**

a.Cor.14.

Apoc.2.

Job.38.

pacis & ordinis; ac praeinde cum communitate tem ipse velit ab omnibus observati, licet ad eius observantiam unicuique datur gratiam singularis, non vult tamen illa gratia communitatem destrui, sed potius conservari, efflorere, exornari, & utiliorum reddi, sicut diversi membrorum actus non impediunt, immo juvāt totum corpus; & sicut diversae voces simul convenientes concentum gratiorem faciunt: sic plane Communitas exurgit uberior & formosior ex singulis cuius, ut virtutibus, dummodo illae virtutes ad eam observandam concurrant, & non destruendam. Hac sunt prima opera quae Deus fieri vult ab illo Episcopo, qui multis vacabat annis: Sed habeo, inquit, adversum te, quod charitatem tuam primam relquiisti. Memor esto itaque unde excideris, & age penitentiam, & prima opera fac, si non autem, veniam tibi, cito; & movebo candelabrum tuum de loco suo. Vide primum de Imitatione Christi, capite decimo quinto, ubi haec inter alia: Cavendum ne piger sis ad communia, & ad singularia promptius, sed explicit integre & fideliter debitis, & injunctis siam ultra vacas, reddere tibi prout de vestra tua desiderat.

## III P U N C T U M.

**P**ATET ergo sic utrumque temperandum, ut & communia singulariter facias, & singulariter nihil communibus omnino praejudicet: immo potius, cum ipsa singularis gratia non detur, nisi ad communiteatem melius observandam, non aliiter gratia cooperaberis, nisi utroque simul juncto, & Communitas singularitate exerceatur. & Communia singularitas serviar. Vide in quo

## COMMVNIS SANCTIS DOCTORIBVS.

Qui solverit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno celorum; qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorum. Matth. 5.

## VERITAS PRACTICA.

Sic cavendum ne Scientia preferatur Virtuti, ut tamen Scientia non negligatur.

**RATIO EST:** Quia idcirco scientia non est preferenda Virtuti, ne Virtus detrimentum, ex hac preferentia patiatur. Sed ex neglecta scientia, Virtus etiam detrimentum patetur.

Ergo dum cavetur ne Scientia preferatur Virtuti, cavendum est ne negligatur.

Mayneuse Pars prima;

deficias aut excedas. Aud: S. Gregorium apostolimè ad hæc diss. rentem in illa Jobi verba, Indicam hi si habes intelligentiam, quis posuit mensuras eius si nosti, vel quis terendis super eam lineas? Cum miro, inquit, consilio auctor ac dispositor L. 28. Mor. noster huic illa largitur, qua alij denegat: alij c. 8. hac denegat, qua isti largitur; mensuras si possit egressi nititur, qui quis posse plus quam accepit conatur. In precipiti pedem porrigit, qui mensurarum suarum limitem non attendit: & plerumque amittit, & quod poterat, qui audacter ea, ad quæ pertinet & non valeat, arripere festinat. Nam & membrorum nostrorum iunc bene ministerii utimur, cum suæ officia distincte servamus: lucem quippe oculis cernimus; vocem vero auribus auditimus si quis autem mutato ordine vocis oculos, luce aures accommodet, huic incassum sutraque patent. Si quis odores vel ore discernere, sapores nare gustare, ut usque sensus sibi ministerium quia pervertit, intermit, dum enim propriæ hac usibus non aptantur, & sua officia deferunt, & ad extranea non assurgunt. Bene itaque David Propheta, intra acceptas ex divina largitate mensuras pedem cordis pressat, cum dicebat: neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me. Super se quisque in mirabilibus ambularet, si apparere magnum ultra quam poterat, quereret: super se namque in mirabilibus attollitur, qui & in his ad quæ non sufficit, videri idoneus conatur. Bene intra has mensuras etiam in ipsa Paulus predicationis sua se latitudine coarctabat, cum diceret, non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficis Christus.

## I. P U N C T U M.

**U**AM parva & pœnè nulla sit coram Deo scientia sine virtute; quam magna virtus etiam sine scientia; quantus vero & quam magnus, qui scientiam cum virtute conjunctam habet; satis ampla demonstrat Meditatio, quæ est Communis sanctis Doctoribus; inde vero quæ ad Veritatem nobis propositam illustrandam faciunt, pauca hæc eruemus. Ac primò ut apertius videoas, quod prima propositione præmittitur, quale detrimentum Virtus patiatur, si ei Scientia preferatur,

L. 1 adver-



adverte quid sit scientiam præferre Virtuti, nempe intellectu & judicio sicutem practico, pluris facere doctrinam acque doctos viros, itemque talenta docend, concionandi, quam humilitatem, simplicitatem, Religiositatem & alias Virtutes qua non ita parentur. Deinde voluntatem plus affecti erga studium literatum, quam Virtutis & propriæ perfectionis. Ac denique actu & opere tantum laboris, & solitudinis impendere in studio, ut fervore studiorum intepescat amor virtutum: Orationes, examina, & alia de votio nis exercitia negligenter fiant; passiones seu affectiones animi inordinatae reviileant; superbia, vanitas, æmulatio non bona, ambitio & alia via tia foveantur.

Ofec. 7

Ex quibus liquidè patet quale, quantumque detrimentum Virtutes universæ patientur, atque imprimis Humilitas, Devotion, Religiositas, Putra intentio, Charitas, Fidelitas & uao verbo, Cura salutis ac perfectionis propriae. Comedent alieni robur eum, & ipse nescivit; sed & can si fuisse fuit in eo, & ipse ignoravit. Quæ P. ophræ verba paulo diuinus expendenda essent, ad conci piendum detrimentum illud quod Virtutes patientur. Duo nempe simul jdguntur, ex quibus tertium sequitur, quod est prius pùe expavescentium. Primum, quod ait robur internum & spirituale comedit & consueta. Secundum, quod dicit hoc ipsum nesciri & ignorari: Ac tertium, deinde, quod inde lequitur nullum affterri remediu, & sic in prius quod id e ruere, & prolabi in eum statum, de quo dicitur: V. in am frigidus es aut calidus, sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo; quia dicit, dices sum & locupletatus, & nullus ego; Et nescis quia tu es miser & miserabilis, & pauper & cacus & nudus. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, ut locuples sis, & Collyrio inungo oculos tuos, ut video: Hoc item valde notandum, quia cum præcipue iudicio extetur in præferenda Virtutis scientia, ut corrigitur hoc pravum iudicium, tanandi sunt mentis oculi, incepit Christus Dominus, inquirendum eius iudicium, quanta hat erinjuria qui alter judicavit; quanta eius sanguini & Gratiæ, quæ non pro scientia, sed pro virtute sunt effusa, quanta denique Cœlo, quod non scientia sed virtuti promittitur. Errare Ierusalem, ne forte recedat à te anima mea, ne forte ponam te desertam, terram inhabitabilem.

### I. PUNCTUM.

SED ex neglecta scientia, Virtus etiam detri mentum patereatur.

Ier. 6.

Percire quatuor Cardinales, ad quas cæteræ omnes Morales referuntur, & vide ut singulæ offendantur ex contemptu scientia necessariae comparanda, Prudentia, Justitia Fortitudo, Temperantia. Quis non videat ignorantiam, otium rusticitatem, & alios scientie defectus cum his pugnare virtutibus? Primo quidem Prudentiam, quid magis nutrit quam Scientia? quid magis de struit quam ignorantia? quis crebet ignorantia? quis se illi aperiat & confidat?

Quid deinde à Justitia magis alienum, quam nescire artē quam profiteris? Quid illo iniquius, qui consultus de re aliqua ad fidem vel conscientiam pertinente, malè respondebit, & alios in errorem trahet? Nonne si cacus eacum ducit, ambo in foream cadent? Non peccaret in justitiam Medicus, qui ex neglecta scientia malè corpus curaret? & nonne id Sacerdotu à Dōmino exprobra tur tanquam iniquum & criminosum? Quiatu Osee. 4, scioniam repulisti repellam te à me, ne acerdotio fungaris mihi. Et Sapiens: Qui evita: discere, Prov. 17, sentiet mala.

Matth. 15,

Fortitudinis etiam manifestus est defectus, qui labor è fugit studiorum, & inertia atque otio se abducat: unde est illa multa malitia quam docet oīsiās, ut ait Ecclesiasticus.

Denique Temperantiae quanta inde factur, cum modus & medium in quo illa tota consistit, ignoratur; aut si ignorans sibi nimis fidit, quanta præsumptio, quanta vanitas, quanti inde lapsus erroris, illusiones & hæreses, cum aperi dicatur; propterea captivus populua mens ductus est, quia non habuit scientiam. Et, QUAECUNQUE quidem ignorant, blasphemant. Quod si plebeio & Laico damnata est ignorantia, quanto magis Sacerdoti vel religioso? Ponet in Rati onali iudicij, ait Dominus, Doctrinam & Veritatem. Et rursus. Praeceptum sempiternum est in ge nerationes vestras, ut habeatis scientiam dis cerendi inter sacrum & prophænum, inter pollutum & mundum, doceatisque filios Israhel omnia legi tima mea. SI QVIS ignorat ignorabitur, ait A postulus. Unde & suo Timotheo: Malo ho mines & seductores proficien in peccato, errantes, & in errorem mittentes. Tu vero permane in iis quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens & quo didiceris. Et quia ab infantiæ sacrae literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Iesu. Omnis enim scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad argumen dum, ad corripendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum

Is. 5.

Iuda.

Exodi. 28.

Levit. 10.

1. Cor. 14.

2. Tim.

Prv. I.

num instructus. Vnde nobis si timidos & ignatos habuissimus Patres; & vnde illi animæ audaci, quæ sine scientia necessaria, & sine studio scripturarum sibi & alijs latere presumunt. Vnde que-  
quo imprudentes oibunt scientiam?

## III. PUNCTUM.

**SIC** igitur cavendum est ne scientia Virtuti praferatur. ut sicut scientia non negligatur; Cum non minus detrimenti virtus possit accipere ex neglegita scientia, quam ex nimio literarum studio: Sie itaque simul utrumque conjungendum est, ut alteri non obstat alterum, immo prolix, & scire mutuo juvent & foveant. Ex virtute scientia comparetur, & per scientiam virtus conservetur. Robur accedit utique ex utraque, dum per virtutem scientia conquitur & exercetur, ac per scientiam virtus operatur & prævalet. Apollini-  
mè Isidorus: Tam vita, quam doctrinæ clarere debet. Ecclesiasticus Doctor, nam Doctrina sua vita arrogantem reddit, vita sine doctrina inutiliter facit. Vbi ramus est conuenito inter utramque, sum plane cedat scientia, neque tempus aut locum virtutis usurpet. Nam, ut ait S. Bonaventura, scientia pro virtute relata, postmodum melius per vir-  
tutem reperitur. ATTENDE tibi & doctrina, ait  
Apostolus, insta in illa, hoc enim faciens, & te ipsum salvum facies, & eos qui te audiunt.

De summo bono c. 36.

i. Tim. 4.

Eph. 81.

Hinc S. Augustinus, Sicut, inquit, per ignem

& aquam tenenda est via, ut nec exuratur homo, nec demergatur; sic inter apicem superbia & va-  
raginem desidia, iter nostrum temperare debemus,  
scut scriptum est, non decisius neque ad dexto-  
ram, neque ad sinistram.

Vide 3.

Præclare vero sanctus Bernardus de modo par disce.  
sciendi & fine, unde penetota est scientia cum 40. pag.  
virtute conjunctio: Ut scitis, inquit, quo ordine,  
quo studio, quo fine, quoque nosse oporteat. Quo or-  
dine, ut id prius, quod maturius ad salutem; Quo  
studio, ut id ardentius, quod ushementius ad a-  
morem; Quo fine, ut non ad innam gloriam, aut  
aliquid simile, sed tantum ad ascensionem tuam  
vel proximi. Sunt namque qui scire volunt eo fine  
tanum ut sciantur, & turpum curiositas est: & sunt  
qui scire volunt, ut sciantur ipsi, & turpum vanitas  
est; & sunt qui scire volunt, ut scientiam suam  
vendant pro pecunia, pro honoribus: & turpum qua-  
stus est. Sed sunt qui scire volunt ut edificant, & Serm. 36.  
charitas est. Et item qui scire volunt ut edificantur,  
in Cant.  
& prudentia est. Horum omnium soli ultimi duo,  
non inveneruntur in abusione scientia, quippe qui  
ad hoc volunt intellere ut benefaciant.

Si sapientiam invocaveris, & inclina verum cor  
tuum prudentia: tunc intelliges timorem Domini.  
& scientiam Dei invenies, quia Dominus dat sa-  
pientiam. & ex ore eius prudentia & scientia.

COMMUNIS SANTIS  
CONFESSORIBVS NON PONTIFICIBVS.

Sint lucerne ardentes in manibus vestris. LUC. 12.

## VERITAS PRACTICA.

Quantum cuique est Vigilantia, tantum Virtu-  
tis & meriti.

**RATIO EST.** Quia ordinariè loquendo, tan-  
tum cuique est virtus & meriti, quantum sibi  
vum facit.

Sed quanquam cuique est Vigilantia, tantum sibi  
vum facit.

Ergo & tantum est illi Virtus & meriti. Quia sa-  
nè consideratio multum valere debet ad com-  
mendationem vigilantia.

## I. PUNCTUM.

**Q**UOD lucerne illæ ardentes, quæ à Do-  
mino commendantur, Vigilantiam signi-  
flicant; quanta sit in se illa Virtus, & quan-

ta fuerit in sanctis Confessoribus, quantumque  
inde eluxerint, & progrediendo per tres perfe-  
ctionis vias ad supremum eius gradum pervene-  
rint, vide si vacat in meditatione ad in declaran-  
dum instituta. Veritas vero Practica quæ inde  
deducitur, & quam hic solum spectamus, tanti  
est momenti & ponderis, quanti res ipsa quam  
continet, nempe Virtus in actu, vel habitu, de-  
utroque enim intelligi potest: Tantum scilicet esse  
unicuique virtus & meriti, quantum erit vigi-  
lantia, seu animi vigilans ad virtutem exercitum.

Ratio vero quæ assertur, aperta est & sœpe ali-  
bi agitata, quod tantum cuique est virtutis & me-  
riti, quantum sibi vum facit, ut appetitum, seu par-  
tem hominis inferiorem subjiciat rationi, & ra-  
tionalem Deo. In hac enim subjectione & subordi-  
natione partium hominis, totius humanæ vite co-  
stitutio.

L 2

fistie

